

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 9624

**Auteur(s) :** Guillaume du Hommet [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Aunay-sur-Odon, Notre-Dame d'Aunay (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1193 - 1196, 12 avril]

**Lieu d'émission :** Caen

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume du Hommet met en gage envers Guillaume Poignart pour 250 libres d'Anjou toute sa terre de Langrune et toutes ses dépendances qui appartiennent aux abbé et moines de Notre-Dame d'Aunay[-sur-Odon], avec leur accord.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H912.

### Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye d'Aunay », n° 11-252, p. 47.

## Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Guillaume Fitz#Raoul, sénéchal de Normandie, vers 1178#1200. Robert II, abbé de Saint-Étienne de Caen, 1193 – † 12 avril 1196 à Londres.

### Texte d'après A

Willelmus de Humetis, constabularius domini regis, hominibus, amicis et fidelibus suis et omnibus ad quos carta presens pervenerit, salutem. Noveritis universi quod ego invadiavi Willelum Poignart pro .CC. libris et .L. libris Andegavensium totam terram mea de Lengronia cum omnibus pertinentiis ejusdem terre, in blado et denariis et regardis et vassoriis et servitiis et auxiliis et precariis et peleniis et placitis et escaetis et in omnibus eventis que ad manum domini possint evenire. Unum terminus est de anno in anno in festo apostolorum Philippi et Jacobi intrante mense maio. Hoc autem vadim et hanc conventionem feci assensu et consensu abbatis et tocius conventus de Alneto ad quos terra ista spectabat et redditus, quia et terram et redditus dedideram et concesseram integre abbatie de Alneto quando ecclesia dedicata fuit, pro salute anime mee et antecessorum meorum in puram et perpetuam elemosinam, habendam et tenendam post decessum meum. Et est inde inter me et prefatum Willelum conventio quod nisi dum vixerim, reddidero ei vel [...] filius ejus .CC. libras et .L. libras Andegavensium, volo et concedo predictis abbati et conventui quod ipsi post decessum meum

disva[diabunt] predictam terram et redditus sicut heres meus et exinde illas possideant, et assignavi jamdictum Willelmum Deo, abbati et conventui responsorum de hec vadio disvadiando sicut heredi meo. Hoc autem vadium sic firmiter et legitime tenendum, sequendum et garantizandum Willelmo et heredibus suis affidavi et omnes firmarii mei de terra eadem donec .CC. libras et .L. libras perfecte et plenarie reddantur Willelmo vel heredibus suis, sicut prescriptum est. Hec autem conventio facta fuit apud Cadomo ad scaccario presente Willelmo filio Radulfi, senescal Normannie, et Roberto abbatte Cadomi et Brand clero domini regis, aliisque scaccarii baronibus. Testes, Heriberto de Vaiac', Jordano de Maisnil Aine, Waltero de Verigneio, Rogero de Amundivilla, Thoma de Evereio, Oratio Pinerna, Willeimo Cotel, Dinano de Carun, Petro filio Alexandris, Adamo Pantalf, Willelmo filio Luce, Willelmo filio Jordano, Willelmo Hai, Willelmo de Valenceio, Willelmo Lachaire et aliis pluribus.